



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita, Et Gestis S. Francisci Xaverii È Societate Iesv  
Indiarvm Apostoli Libri Qvatvor**

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1666**

14. Prædicat Arausio mortem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10854**

14  
Prædicat  
Arausio mor-  
tem.

14. Fuit in iis Franciscus Pallius qui vini lagunculam, quam petebat ad reuocandos ægroto spiritus, abstulit quidem, sed obmullitanti, & denuntianti, sat eatenus datum, nec is de cætero, sed neque alius petitum rediret. Sua sibi iam esse oportere; tantillum id vini, sibi ab se non publico aduectum: cado enim siccato, quemnam fore à quo id fumeret? quâ responsione, incensus animo & ore Xauerius. Siccine? ait, & putat Arausius suo vino vsurum idque sibi ut seruet, Christo negat? longè aliud fiet quàm mente somniet. Priùs illum vita defectura est quàm cadus, terram ipse postremam hanc videt; porro velit, nolit, mortui tota res ad pauperes venier. Quod ipsimet quoque Arausio non dissimulauit, occurrentem post Paulum vicinæ mortis admonuit, hortatus plurimum ut grandi scœnore sua dum poterat apud pauperes occuparet, quibus esset quamprimùm necessitate vltimâ priuandus. Amboino soluentem Xauerium, securus erat Arausius, nisi foret modus nauigij, tot eius vehendis facultatibus multum impar. Cùm ergo hæssisset Amboini, paucis ab hinc diebus Ternate Apostolus rem facram faciens, cùm ex ritu ad adstantes conuersus dixisset, Orate Fratres, subiecit, & pro Ioanne Arausio, qui nunc Amboini animam efflauit, heri pro illo operatus sum sacris, quod & nunc iterum perago, vos in eius leuamen, vestras preces cum meis iungite. His vehementer attoniti qui sacro intererant, (nam distat Ternate Amboinum, milliariibus ducentis, & septuaginta) facili coniecturâ assecuti sunt, fuisse id illi, ostensum diuinitus, collataque post dies duodecim, hora quâ Ioannis Eiri litteris, Arausij mors nunciabatur, & testabatur Raphaël Caruallius adfuisse se morienti, comperta est eadem quâ Ternate Xauerius, defunctum indicarat.

15  
Nauis periculum prædicat.

15. Remittente vi pestis, anni tempestatem nauigantibus iniuiam, classis vtraque festinat præuerrere; inopiæ militum classiariorum Xauerius corrogata stipe largiter succurrit; Goam (quò tendebant) Paulo Camerti magnoperè commendat, è S. Augustini familia viros maximè religiosos, qui classi eidem ex noua hispania profectæ pias operas narrant. Adiungenti se verò ad classem nauis, tristis exitij prædicat discrimen, quo periculosè defuncta est; scopulo illisa reuulsum temonem, & comminutum in eo reliquit; post vadis impacta Zeilani, nihil propius abfuit quàm ut solueretur. Ipse intereà Apostolico feruens igne, dum occasionem expectat in Molucas, circumpositas adnauigat Insulas, secundis euentibus, opimaque animarum præda. Insularum vni Baranuræ nomen, eo tendenti res mira contigit, hanc testis oculati verbis, quam meis fecero gratiorem.

16  
Cancer ex mari Crucifixus ad eum refert.

16. Faustus Rodericus Vianæ Aluiti in Lusitania natus (præter alios septem iuridicè testes, quorum inscripta sunt, publicis actis chirographa pro testimonio iuratus sic habet. [Cercuro Ioannes Raposus, & ego vehebamur cum P. Francisco, procella ingens, & subita, nautas quoque ipsos summo perè terruit quamuis indigenas insulæ, marisque illius